Soluciones. 1. Resistir es más difícil que atacar. Por tres razones: Primera, porque el resistir parece decir relación a otro más fuerte que acomete, mientras que el que ataca acomete como más fuerte, siendo más difícil luchar contra uno más fuerte que contra uno más débil [8]. Segunda, porque el que resiste tiene ya sobre sí el peligro amenazándole, mientras que el que ataca lo ve como futuro, siendo más difícil no conmovirse ante el mal presente que ante el futuro.—Tercera, porque el resistir implica mucho tiempo, mientras que el ataque puede ser repentino, y es más difícil permanecer firme mucho tiempo que dejarse llevar de un impulso repentino para realizar una empresa ardua. Por eso dice Aristóteles que algunos "se anticipan al peligro, pero, una vez en él, se retiran, al contrario de lo que hace el fuerte".

2. Resistir lleva consigo una pasión corporal, pero también un acto del alma que se adhiere fuertemente al bien, de donde viene el que no ceda ante la pasión corporal ya in-

* Infra a.11 ad 1; q.141 a.3; Sent. 3 d.33 q.2 a.3 ad 6; d.34 q.3 a.1 q.2; Ethic. 3 lect.18; De virtut. q.1 a.12

²³ C.3 n.10 (BK 1105a9); S.Th., lect.3.
²⁴ C.9 n.2 (BK 1117a32); S.Th., lect.18.

²⁵ C.7 n.12 (BK 1116a7); S.Th., lect.15.

minente. Y la virtud es más bien algo del alma que del cuerpo.

3. El que soporta no teme, pues está ya presente la causa del temor, que no lo está respecto del que ataca.

passioni corporali iam imminente. Virtus autem magis attenditur circa animam quam circa corpus.

Ad tertium dicendum quod ille qui sustinet non timet, praesente iam causa timoris: quam non habet praesentem ille qui aggreditur.

ARTICULO 7

Utrum fortis operetur propter bonum proprii habitus

Si el fuerte obra por el bien de su virtud

Dificultades. Parece que el fuerte no obra por el bien de su propia virtud.

1. En todas las acciones, el fin, aunque es primero en la intención, es el último en la ejecución. Luego, siendo el acto de fortaleza posterior en la ejecución al hábito de dicha virtud, no es posible que el fuerte obra por el bien de su propio hábito.

2. Según San Agustín, "hay quienes se atreven a persuadirnos de que amemos las virtudes que amamos por la bienaventuranza, sin amar la bienaventuranza misma. En cuyo caso dejaríamos de amar esas virtudes al no amar aquello que es el motivo de amarlas". Entre ellas está incluida la fortaleza, cuyo acto, por consiguiente, no se ordena a ella misma, sino a la bienaventuranza.

3. Según San Agustín, la fortaleza es "un amor que soporta fácilmente todo por Dios". Como Dios no es el hábito de la fortaleza, sino algo más excelente, puesto que el fin es más excelente que los medios, síguese que el fuerte no obra por el bien de su propia virtud.

Ad septimum sic proceditur. Videtur quod fortis non operetur propter bonum proprii habitus,

1. *Finis enim in rebus agendis, etsi sit prior in intentione, est tamen posterior in executione. Sed actus fortitudinis in executione est posterior quam ipse fortitudinis habitus. Non ergo potest esse quod fortis agat propter bonum proprii habitus.*

2. *Praeterea, Augustinus dicit, XIII "De Trin."²⁶: Virtutes, quas propter solam beatitudinem amamus, sic persuadere quidam nobis audent, scilicet dicendo eas propter se appetendas, "ut ipsam beatitudinem non amemus. Quod si faciunt, etiam ipsas utique amare desistemus, quando illam propter quam solam istas amavimus, non amamus". Sed fortitudo est virtus quaedam. Ergo actus fortitudinis non est ad ipsam fortitudinem, sed ad beatitudinem referendus.*

3. *Praeterea, Augustinus dicit, in libro "De moribus Eccl." (l.c. nt.15), quod fortitudo est "amor omnia propter Deum facile perferens". Deus autem non est ipse habitus fortitudinis, sed aliquid melius, sicut oportet finem esse meliorem his quae sunt ad finem. Non ergo fortis agit propter bonum proprii habitus.*

Sed contra est quod Philosophus dicit, in III "Ethic."²⁷, quod "forti fortitudo est bonum: talis autem et finis".

Respondeo dicendum quod duplex est finis: scilicet proximus et ultimus. Finis autem proximus uniuscuiusque agentis est ut similitudinem suae formae in alterum inducat: sicut finis ignis calefacientis est ut inducat similitudinem sui caloris in patiente et finis aedificatoris est ut inducat similitudinem suae artis in materia. Quodcumque autem bonum ex hoc sequitur, si sit intentum, potest dici finis remotus agentis. Sicut autem in factibilibus materia exterior disponitur per artem, ita etiam in agibilibus per prudentiam disponuntur actus humani. Sic ergo dicendum est quod fortis sicut finem proximum intendit ut similitudinem sui habitus exprimat in actu: intendit enim agere secundum convenientiam sui habitus. Finis autem remotus est beatitudo, vel Deus.

Et per hoc patet responsio ad obiecta. Nam prima ratio procedebat ac si ipsa essentia habitus esset finis, non autem similitudo eius in actu, ut dictum est.—Alia vero duo procedunt de fine ultimo.

Por otra parte, Aristóteles dice que "la fortaleza es, para el fuerte, su bien y a la vez el fin".

Respuesta. Existe un doble fin: último y próximo. El fin próximo de todo agente es producir en otro una forma semejante a la suya. Así, el fin del fuego al calentar es la producción de una semejanza de su calor en el sujeto, y el del que edifica, producir en la materia una semejanza de su arte. Cualquier otro bien que de él se siga, si se intenta, puede decirse fin remoto del agente. Y así como en el campo de lo factible la materia externa es ordenada por el arte, en el plano de lo agible los actos humanos son ordenados por la prudencia. Hemos, pues, de concluir que el fuerte busca, como fin próximo, producir en el acto una semejanza de su hábito, al intentar obrar tal como conviene a ese hábito [9], mientras que su fin remoto es la bienaventuranza o Dios.

Soluciones. 1. La objeción arguye como si la esencia del hábito fuese el fin, y no la semejanza del mismo en el acto, según se ha dicho.

2 y 3. Las dos arguyen por el fin último.

ARTICULO 8

Utrum fortis delectetur in suo actu

Si el fuerte encuentra placer en su acto

Ad octavum sic proceditur. Videtur quod fortis delectetur in suo actu.

1. *Delectatio enim est "operatio connaturalis habitus non impedita", ut dicitur in X "Ethic."²⁸ Sed operatio fortis procedit ex habitu, qui agit in modum natu-*

Dificultades. Parece que el fuerte encuentra placer en su acto.

1. El placer es, según leemos en la "Ética", "la operación connatural al hábito no impedida". Como la operación del que posee la fortaleza procede de un hábito que obra a modo

²⁶ *Ethic.* 3 lect.15.

²⁷ C.7 n.6 (Bk 1115221): S.Th., lect.15.

²⁸ L.7 c.12 n.3 (Bk 1133214): S.Th., lect.12; cf. l.10 c.4 n.5 (Bk 1174166): S.Th., lect.6.

Ethic. 3 lect.15.

C.8: ML 42,1022.

de naturaleza, síguese que halla placer en su acto.

2. Comentando el texto de San Pablo: "Los frutos del Espíritu Santo son: caridad, gozo, paz", dice San Ambrosio que las obras virtuosas se llaman frutos en cuanto "confortan la mente humana con un placer santo y sincero". Mas el que posee la fortaleza realiza obras de virtud. Por consiguiente, encuentra placer en su acto.

3. Lo más débil es superado por lo más fuerte. Mas el que posee la fortaleza ama más el bien de la virtud que el propio cuerpo, al cual expone a peligros de muerte. Por lo mismo, el placer en el bien de la virtud elimina el dolor corporal, y así se obra con plena delectación.

Por otra parte, Aristóteles dice que el fuerte "no parece encontrar nada deleitable" en su acto.

Respuesta. Según lo dicho al hablar de las pasiones, se da un doble placer: uno corporal, que acompaña al tacto corporal, y otro animico, consiguiente a la aprehensión del alma. Este es el que propiamente se sigue de las obras virtuosas, porque en ellas se aprehende el bien de la razón. La fortaleza, por su parte, tiene como acto principal el soportar cosas que aparecen como tristes al alma, como es la pérdida de la vida corpórea (la cual ama el virtuoso, no sólo como bien natural, sino como necesaria para ejercitar las obras virtuosas) y todo lo que con ella se relaciona; y, además, soportar algunos padecimientos dolorosos al tacto corporal, como son las heridas o los azotes. Por eso, el que posee la fortaleza tiene, por una parte, motivos para gozar, con un placer propio del alma, del acto virtuoso y de su fin; mas por otra parte tiene motivos para sufrir: en cuanto al alma, al

rae. Ergo fortis habet delectationem in suo actu.

2. Praeterea, Gal. 5,22 super illud, "Fructus autem Spiritus caritas, gaudium, pax", dicit Ambrosius²⁹ quod opera virtutum dicuntur fructus "quia mentem hominis sancta et sincera delectatione reficiunt". Sed fortis agit opera virtutis. Ergo habet delectationem in suo actu.

3. Praeterea, debillus vincitur a fortiori. Sed fortis plus amat bonum virtutis quam proprium corpus, quod periculis mortis exponit. Ergo delectatio de bono virtutis evacuat dolorem corporalem. Et ita delectabiliter omnino operatur.

Sed contra est quod Philosophus dicit, in III "Ethic."³⁰ quod fortis in suo actu "nihil delectabile videtur habere".

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est (1-2 q.31 a.3), cum de passionibus ageretur, duplex est delectatio: una quidem corporalis, quae consequitur tactum corporalem; alia autem animalis, quae consequitur apprehensionem animae. Et haec proprie consequitur opera virtutum: quia in eis consideratur bonum rationis. Principalis vero actus fortitudinis est sustinere aliqua tristitia secundum apprehensionem animae, puta quod homo amittat corporalem vitam (quam virtuosus amat, non solum in quantum est quoddam bonum naturale, sed etiam in quantum est necessaria ad opera virtutum) et quae ad eam pertinent: et iterum sustinere aliqua dolorosa secundum tactum corporis, puta vulnera et flagella. Et ideo fortis ex una parte habet unde delectetur, scilicet secundum delectationem animalem, scilicet de ipso actu virtutis et de fine eius; ex alia vero parte habet unde

doleat, et animaliter, dum considerat amissionem propriae vitae, et corporaliter. Unde, ut legitur II Mach. 6,30, Eleazarus dixit: "Dicos corporis sustineo dolores: secundum animam vero propter timorem tuum, libenter haec patior".

Sensibilis autem dolor corporis facit non sentiri animalem delectationem virtutis: nisi forte propter superabundantem Dei gratiam, quae fortius elevat animam ad divinam, in quibus delectatur, quam a corporalibus poenis afficiatur; sicut beatus Tiburtius, cum super carbones incensos nudis plantis incederet, dixit quod "videbatur sibi super roseos flores ambulare"³¹. Facit tamen virtus fortitudinis ut ratio non absorbeat a corporalibus doloribus. Tristitia autem animalis superat delectatio virtutis: in quantum homo praefert bonum virtutis corporali vitae et quibus umque ad eam pertinentibus. Et ideo Philosophus dicit, in II "Ethic." (l.c. nt.30), quod a fortis non requiritur ut delectetur, quia delectationem sentiens, sed sufficit quod "non tristetur".

Ad primum ergo dicendum quod vehementia actus vel passionis unius potentiae impedit aliam potentiam in suo actu. Et ideo per dolorem sensus impeditur mens fortis ne in propria operatione delectationem sentiat.

Ad secundum dicendum quod opera virtutum sunt delectabilia praecipue propter finem: possunt autem ex sui natura esse tristitia. Et praecipue hoc contingit in fortitudine. Unde Philosophus, dicit in III "Ethic."³² quod "non in omnibus vir utibus operari delectabiliter existit, praeter in quantum finem attingit".

Ad tertium dicendum quod tristitia animalis vincitur in fortis a delectatione virtutis. Sed quia dolor corporalis est sensibilior,

considerar la pérdida de la vida, y lo mismo en cuanto al cuerpo. Por eso leemos en el libro II de los Macabeos que dijo Eleazar: "Doy mi cuerpo a los crueles azotes, pero mi alma lo sufre gozosa por el temor de Dios".

El dolor sensible del cuerpo impide al alma sentir el placer de la virtud [10], a no ser por la sobreabundancia de la gracia divina, que eleva con vehemencia al alma a las cosas divinas, en las cuales se deleita con fuerza mayor que es afectado por el sufrimiento corporal. Así, San Tiburcio, al caminar con los pies desnudos sobre los carbones encendidos, dijo que "le parecía andar sobre rosas". No obstante, la virtud de la fortaleza hace que la razón no sea absorbida por el dolor corporal. La tristeza del alma es superada por el placer de la virtud, en cuanto que el hombre antepone el bien propio de la virtud a la vida corporal y todo lo que con ella se relaciona. Por ello dice Aristóteles que el fuerte no necesita gozar, como sintiendo el placer, sino que le basta "con no estar triste" [11].

Soluciones. 1. La vehemencia del acto o pasión de una facultad impide a otra su propio acto. Por ello, el dolor sensible impide a la mente del que posee la fortaleza sentir el placer en su operación.

2. Las obras virtuosas son deleitables, sobre todo por el fin; pero pueden ser tristes en sí mismas. Esto sucede particularmente en la fortaleza; por lo cual dice el Filósofo que "no en todas las virtudes produce placer la operación, a no ser que por ello entendamos el alcanzar el fin".

3. La tristeza del alma es vencida en el fuerte por el placer de la virtud. Pero, como el dolor corporal es más sensible y más manifiesta al

²⁹ Cf. Acta, et Off. die 11 augusti.

³⁰ C.9 n.3 (Bk 1117b15): S.Th., lect.18.

²⁹ De Spir. Sto. l.1 c.12: ML 16,764; De Parad. c.13: ML 14,325; cf. MAGISTRUM Sent. 1 d.1 c.3.

³⁰ C.9 n.3 (Bk 1117a6): S.Th., lect.18.

hombre la aprehensión sensitiva, de ahí que, ante la magnitud del dolor corporal, "se desvanece" en cierto modo el placer espiritual, fin de la virtud.

et apprehensio sensitiva magis est homini in manifesto, inde est quod a magnitudine corporalis doloris "quasi evanescit" (l.c. nt. 30) delectatio spiritualis, quae est de fine virtutis.

ARTICULO 9

Utrum fortitudo maxime consistat in repentinis

Si la fortaleza se manifiesta sobre todo en los casos repentinos

Dificultades. Parece que la fortaleza no se manifiesta sobre todo en los casos repentinos.

1. Parece ser repentino lo que sucede inesperadamente. Pero, según Cicerón, "la fortaleza es la premeditada aceptación de los peligros y sufrimientos previstos". Por lo mismo, no se manifiesta principalmente en los sucesos repentinos.

2. Según San Ambrosio, "es propio del varón fuerte no disimular cuando amenaza algún peligro, sino adelantarse a él y, como desde la atalaya de la mente, enfrentarse con el futuro con pensamiento previsor, para que después no tenga que decir que cayó en él porque no creía que pudiera suceder". Pero, cuando se da algo de repente, no puede proveerse nada para el futuro. Por lo tanto, la operación de la fortaleza no se ejerce en lo repentino.

3. Dice el Filósofo que el fuerte "posee buena esperanza". La esperanza, por su parte, espera algo para el futuro, lo cual es incompatible con lo repentino. Por consiguiente, no puede versar sobre ello la operación de la fortaleza.

Por otra parte, dice también Aristóteles que la fortaleza "se refiere principalmente a todo lo que puede causar la muerte viniendo repentinamente".

² *Ethic.* 3 lect.14.

³³ C.38: ML 16,85.

³⁴ C.7 n.11 (BK 1116a3): S.Th., lect.15.

Ad nonum sic proceditur. Videtur quod fortitudo non maxime consistat in repentinis.

1. Illud enim videtur esse in repentinis quod ex inopinato provenit. Sed Tullius dicit, in sua "Rhetorica" (l.2 c.54), quod "fortitudo est considerata periculis susceptis et laborum perpensis". Ergo fortitudo non consistit maxime in repentinis.

2. Praeterea, Ambrosius dicit in I "De offic." ³³; "Fortis viri est non dissimulare cum aliquid immineat, sed praetendere, et tanquam de specula quadam mentis obviare cogitatione provida rebus futuris, ne forte dicat postea: Ideo ista incidi, quia non arbitrabar posse evenire". Sed ubi est aliquid repentinum, ibi non potest provideri in futuro. Ergo operatio fortitudinis non est circa repentina.

3. Praeterea, Philosophus dicit, in III "Ethic." ³⁴, quod fortis est "bonae spei". Sed spes expectat aliquid in futurum: quod repugnat repentino. Ergo operatio fortitudinis non consistit circa repentina.

Sed contra est quod Philosophus dicit, in III "Ethic." (l.c. nt.22), quod fortitudo "maxime est circa quaecumque mortem inferunt, repentina existentia".

Respondeo dicendum quod in operatione fortitudinis duo sunt consideranda. Unum quidem, quantum ad electionem ipsius. Et sic fortitudo non est circa repentina. Eligit enim fortis praemeditari pericula quae possunt imminere, ut eis resistere possit, aut facilius ea ferre: quia ut Gregorius dicit, in quadam homilia ³⁵, "iacula quae praevidentur minus feriunt: et nos mala mundi facilius ferimus, si contra ea dilige praescientiae praemur".

Allud vero est considerandum in operatione fortitudinis quantum ad manifestationem virtuosus habitus. Et sic fortitudo maxime est circa repentina: quia secundum Philosophum, in III "Ethic." ³⁶, in repentinis periculis maxime manifestatur fortitudinis habitus. Habitus enim agit in modum naturae. Unde quod aliquis absque praemeditatione faciat ea quae sunt virtutis, cum necessitas imminet propter repentina pericula hoc maxime manifestat quod sit fortitudo habitualiter in animo confirmata. Potest autem aliquis etiam qui habitu fortitudinis caret, ex diuturna praemeditatione animum suum contra pericula praeparare. Qua praeparatione etiam fortis utitur, cum tempus adest.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Respuesta. En la operación propia de la fortaleza debemos considerar dos elementos: uno de ellos es la elección, y en cuanto a ésta, la fortaleza no versa sobre lo repentino, ya que el fuerte elige la premeditación de los peligros que pueden amenazar, para poder ofrecerles resistencia o soportarlos más fácilmente. En efecto, como dice San Gregorio, "los dardos que se prevén hieren menos, y soportamos más fácilmente los males del mundo si nos armamos contra ellos con el escudo de la previsión".

Otro elemento que ha de considerarse en la operación de la fortaleza es la manifestación del acto virtuoso. Bajo este aspecto, la fortaleza se refiere en grado máximo a lo repentino, ya que, según Aristóteles, en los peligros repentinos es donde mejor se manifiesta la fortaleza. Esto se debe a que el hábito obra de un modo connatural. De ahí que el realizar actos virtuosos sin premeditación, cuando la necesidad urge por los peligros inminentes, manifiesta en sumo grado que la fortaleza reside y se afirma en el alma de un modo habitual. También puede uno, aunque carezca del hábito de la fortaleza, y tras larga premeditación, preparar su ánimo contra los peligros. Esta preparación la realiza también el que posee la fortaleza, cuando tiene tiempo para ello.

Soluciones. Con lo dicho quedan resueltas las dificultades propuestas.

ARTICULO 10

Utrum fortis utatur ira in suo actu

Si el fuerte emplea en su acto la ira

Ad decimum sic proceditur. Videtur quod fortis non utatur ira in suo actu.

Dificultades. Parece que el fuerte no utiliza en su acto la ira.

³⁵ *Infra* a.11 ad 1; *De verit.* q.26 a.7; *Ethic.* 3 lect.17.

³⁶ *In Evang.* l.2 homil.35: ML 76,1250.

³⁷ C.8 n.15 (BK 1117a7): S.Th., lect.17.

1. Nadie puede tomar como instrumento de operación aquello de lo cual no puede hacer uso voluntario. Pero el hombre no puede hacer uso voluntario de la ira, de modo que pueda tomarla y dejarla cuando quiera, ya que, como dice el Filósofo, cuando se desenfrena una pasión corporal, no se calma en cuanto quiere el hombre. Por ello, el fuerte no debe hacer uso de la ira para su operación.

2. El que se basta a sí mismo para realizar algo, no debe ayudarse de lo que es más débil e imperfecto. Pero la razón se basta por sí sola para ejecutar el acto de fortaleza, en el que falla la ira. Por eso dice Séneca: "No sólo para prever las cosas, sino para realizarlas, se basta por sí misma la razón. ¿Hay algo más necio que el que ésta pida ayuda a la ira, lo estable a lo incierto, lo fiel a lo infiel, lo sano a lo enfermo?" De donde se deduce que la fortaleza no debe hacer uso de la ira.

3. Así como hay quienes por medio de la ira realizan con más impetu las obras de fortaleza, así también pueden realizarse por medio de la tristeza o de la concupiscencia. De ahí que, según Aristóteles, "la tristeza y el dolor incitan a los animales a exponerse al peligro. Y los adúlteros, a causa de la concupiscencia, realizan muchas audacias". Mas la fortaleza no hace uso, en su operación, de la tristeza ni de la concupiscencia. Luego tampoco debe hacer uso de la ira.

Por otra parte, dice Aristóteles que "la cólera ayuda a los fuertes"

Respuesta. Como ya se ha dicho, la ira y las demás pasiones del alma no son consideradas del mismo modo por los estoicos que por los peripatéticos. Los estoicos las ex-

1. Nullus enim debet assumere quasi instrumentum suae actionis illud quo non potest uti pro suo arbitrio. Sed homo non potest uti ira pro suo arbitrio, ut scilicet possit eam assumere cum velit et deponere cum velit: ut enim Philosophus dicit, in libro "De memoria" ³⁷, quando passio corporalis mota est, non statim quiescit ut homo vult. Ergo fortis non debet assumere iram ad suam operationem.

2. Praeterea, ille qui per seipsum sufficit ad aliquid agendum, non debet in auxilium sui assumere illud quod est infirmius et imperfectius. Sed ratio per seipsum sufficit ad opus fortitudinis exequendum, in quo iracundia deficit. Unde Seneca dicit, in libro "De ira" (l.1 c.16): "Non ad providendum tantum, sed ad res gerendas satis est per se ipsa ratio. Et quid stultius est quam haec ab iracundia petere praesidium, rem stabilem ab incerta, fidelem ab infida, sanam ab aegra?" Ergo fortitudo non debet iram assumere.

3. Praeterea, sicut propter iram aliqui vehementius opera fortitudinis exequuntur, ita etiam et propter tristitiam vel concupiscentiam; unde Philosophus dicit, in III "Ethic." ³⁸, quod "ferae propter tristitiam seu dolorem incitantur ad pericula, et adulteri propter concupiscentiam multa audacia operantur". Sed fortitudo non assumit ad suum actum neque tristitiam neque concupiscentiam. Ergo, pari ratione, non debet assumere iram.

Sed contra est quod Philosophus dicit, in III "Ethic." (lb.), quod "furor cooperatur fortibus".

Respondeo dicendum quod de ira et ceteris animae passionibus, sicut supra dictum est (1-2 q.24 a.2), aliter sunt locuti Peripatetici, et aliter Stoici. Stoici enim et iram et omnes alias animae pas-

siones ab animo sapientis, sive virtuosius, excluderant. Peripatetici vero, quorum princeps fuit Aristoteles, iram et alias animae passiones attribuēbant virtuosis sed moderata ratione. Et forte quantum ad rem non differēbant, sed solum quantum ad modum loquendi. Nam Peripatetici omnes motus appetitus sensitivi qualitercumque se habentes, passiones animae nominabant, ut supra (lb.) habitum est: et quia appetitus sensitivus movetur per imperium rationis ad hoc quod cooperetur ad promptius agendum, idcirco ponebant et iram et alias passiones animae assumendas esse a virtuosis moderatas secundum imperium rationis. Stoici vero vocabant passiones animae immoderatas quosdam affectus appetitus sensitivi (unde nominabant eos "aegritudines" vel "morbos"); et ideo penitus eos a virtute separabant. Sic ergo iram moderatam assumit fortis ad suum actum, non autem iram immoderatam.

Ad primum ergo dicendum quod ira moderata secundum rationem subicitur imperio rationis. Unde consequens est ut homo ea utatur pro suo arbitrio: non autem si esset immoderata.

Ad secundum dicendum quod ratio non assumit iram ad suum actum quasi auxilium ab ea accipiens: sed quia utitur appetitu sensitivo ut instrumento, sicut et membris corporis. Nec est inconveniens si instrumentum sit imperfectius principalis agente: ut marillus fabro. — Seneca autem sectator fuit Stoicorum, et directe contra Aristotelem verba praemissa proponit.

Ad tertium dicendum quod, cum fortitudo, sicut dictum est (a.3.6) habeat duos actus, scilicet sustinere et aggredi, non assumit iram ad actum sustinendi, quia hunc actum sola ratio per se facit: sed ad actum aggrediendi. Ad quem magis assumit iram quam alias passiones, quia ad iram pertinet insillire in rem con-

cluiam todas del alma del sabio o virtuoso, mientras que los peripatéticos, cuyo principal representante es Aristóteles, se las atribuían al virtuoso, aunque en proporción moderada. Y quizá no difieran entre sí más que en el modo de hablar, ya que los peripatéticos llamaban pasiones del alma a todo movimiento del apetito sensitivo, según se ha visto; y como éste es movido por el imperio de la razón a cooperar con prontitud a la acción, por eso decían que la ira y demás pasiones del alma debían ser empleadas por el hombre virtuoso, aunque moderadas por la razón. Los estoicos, por el contrario, llamaban pasiones del alma a ciertos afectos immoderados del apetito sensitivo (de ahí que las denominasen "dolores" o "enfermedades"), lo cual les movía a separarlas en absoluto de la virtud. — En consecuencia, débese afirmar que el fuerte utiliza para su actuación la ira moderada, no la immoderada.

Soluciones. 1. La ira, moderada por la razón, es sometida a su imperio. Por eso el hombre puede hacer libre uso de ella, lo cual no sucedería si fuese immoderada.

2. La razón no utiliza la ira como si recibiese ayuda de ella, sino que usa instrumentalmente del apetito sensitivo, al igual que de los miembros corpóreos. No hay inconveniente, por otra parte, en que el instrumento sea más imperfecto que el agente principal, como lo es el martillo respecto del carpintero. — En cuanto a Séneca, sigue a los estoicos y escribe las palabras antes citadas contra Aristóteles.

3. Puesto que, según hemos dicho, la fortaleza posee dos actos, soportar y atacar, no hace uso de la ira en el primero, para el cual basta la razón, sino en el segundo. En éste hace uso de ella con preferencia a otras pasiones, porque es propio de la ira revolverse sobre aquello que nos causa tristeza, con lo cual coopera di-

³⁷ C.2 (BK 453a24): S.Th., lect.8.

³⁸ C.8 n.II (BK III6b31): S.Th., lect.17.

rectamente al acto de acometer. La tristeza, en cambio, por sí sola sume a lo que causa el daño, aunque accidentalmente puede ayudar a agredir, bien sea en cuanto que da origen a la ira, según queda dicho, o en cuanto que uno se expone al peligro para huir de la tristeza. Igualmente, la concupiscencia por sí sola tiende al bien delectable, que no es compatible con el acometer los peligros; pero accidentalmente también a veces ayuda al ataque, en cuanto que algunos prefieren incurrir en los peligros a verse privados del placer. Por eso dice Aristóteles que, entre las distintas clases de fortaleza que nacen de la pasión, "parece ser la más natural la que procede de la ira; la cual, si es deliberada y se ordena a un fin bueno, llega a hacer verdadera la fortaleza.

ARTICULO 11

Utrum fortitudo sit virtus cardinalis

Si la fortaleza es virtud cardinal

Dificultades. Parece que la fortaleza no es virtud cardinal.

1. La ira, se ha dicho, es muy afín a la fortaleza; y, sin embargo, no la colocamos entre las pasiones principales, como tampoco la audacia, que pertenece a la fortaleza. Luego tampoco ésta debe colocarse entre las virtudes cardinales.

2. La virtud se ordena al bien. La fortaleza, en cambio, no se ordena directamente al bien, sino al mal, es decir, "a soportar los peligros y los trabajos", como afirma Cicerón. Por ello no puede ser virtud cardinal.

3. La virtud cardinal se ocupa de aquellas cosas en torno a las cuales gira principalmente la vida humana como la puerta gira sobre su quicio.

tristantem, et sic directe cooperatur fortitudini in aggrediendo. Tristitia autem, secundum propriam rationem, succumbit nocivo: sed per accidens coadiuvat ad aggrediendum; vel inquantum tristitia est causa irae, ut supra dictum est (1-2 q.47 a.3), vel inquantum aliquis periculo se exponit ut tristitiam fugiat. Similiter etiam concupiscentia, secundum propriam rationem, tendit in bonum delectabile, cui per se repugnat aggressio periculorum: sed per accidens quandoque coadiuvat ad aggrediendum, inquantum scilicet aliquis potius vult pericula incidere quam delectabili carere. Et ideo Philosophus dicit, in III "Ethic."³⁰ quod inter fortitudines quae sunt ex passione, "naturalissima esse videtur quae est per iram: et accipiens electionem et cuius gratia" (scilicet debitum finem), "fortitudo" scilicet, "fuit vera".

Ad undecimum sic proceditur. Videtur quod fortitudo non sit virtus cardinalis.

1. Ira enim, ut dictum est (a.10), maximam affinitatem habet ad fortitudinem. Sed ira non ponitur passio principalis: nec etiam audacia, quae ad fortitudinem pertinet. Ergo nec fortitudo debet poni virtus cardinalis.

2. Praeterea, virtus ordinatur ad bonum. Sed fortitudo non directe ordinatur ad bonum, sed magis ad malum, scilicet "ad sustinendum pericula et labores" ut Tullius dicit (l.c.). Ergo fortitudo non est virtus cardinalis.

3. Praeterea, virtus cardinalis est circa ea in quibus praecipue versatur vita humana: sicut ostium in cardine vertitur. Sed for-

titudo est circa pericula mortis, quae raro occurrunt in vita humana. Ergo fortitudo non debet poni virtus cardinalis sive principalis.

Sed contra est quod Gregorius, XXII "Moral."³¹, et Ambrosius, "Super Lc."³², et Augustinus, in libro "De moribus Eccl."³³, numerant fortitudinem inter quatuor virtutes cardinales seu principales.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est (1-2 q.61 a.3.4), virtutes cardinales seu principales dicuntur quae praecipue sibi vindicant id quod pertinet communiter ad virtutes. Inter alias autem communes virtutis conditiones, una ponitur "firmiter operari", ut patet in II "Ethic."³⁴ Laudem autem firmitatis potissime sibi vindicat fortitudo. Tanto enim magis laudatur qui firmiter stat, quanto habet gravius impellens ad cadendum vel retrocedendum. Impellit autem hominem ad discedendum ab eo quod est secundum rationem et bonum delectans et malum affligens, sed gravius impellit dolor corporis quam voluptas: dicit enim Augustinus, in libro "Octoginta trium quaest."³⁵: "Nemo est qui non magis dolorem fugiat quam affectat voluptatem: quandoquidem videmus et immatissimas bestias a maximis voluptatibus exterreri dolorum metu". Et inter dolores animi et pericula maxime timentur ea quae ducunt ad mortem, contra quae firmiter stat fortis. Unde fortitudo est virtus cardinalis.

Ad primum ergo dicendum quod audacia et ira non cooperantur fortitudini ad actum eius qui est sustinere, in quo praecipue commendatur firmitas eius. Per hunc enim actum fortis cohibet timorem, qui est passio principalis ut supra habitum est (1-2 q.27 a.4).

Pero la fortaleza versa sobre los peligros de muerte, que son poco frecuentes en la vida humana. Por consiguiente, no debe colocarse entre las virtudes cardinales o principales.

Por otra parte, San Gregorio, San Ambrosio y San Agustín la enumeran entre las cuatro virtudes cardinales o principales.

Respuesta. Como queda dicho, se llaman virtudes cardinales o principales las que se adjudican algún carácter general de todas las virtudes [12]. Entre estos caracteres virtuosos se halla el "obrar con firmeza", según leemos en la "Ética". Ahora bien, la fortaleza se reserva para sí la gloria de la firmeza, ya que es tanto más alabado el que se mantiene firme cuanto más poderoso es el adversario al que debe resistir sin caer y retroceder. Un doble elemento impulsa al hombre a apartarse de la recta razón: el bien que le deleita y el mal que le affige; pero más el segundo, ya que, según San Agustín, "nadie hay que no sienta más horror al dolor que amor al placer, ya que vemos a las bestias más crueles huir de los mayores placeres por miedo al dolor". Entre los dolores y peligros del alma, se temen, sobre todo, los que conducen a la muerte, contra los cuales se mantiene firme el fuerte. Siguese, por lo tanto, que la fortaleza es virtud cardinal.

Soluciones. 1. La audacia y la ira no ayudan a la fortaleza en su acto propio, que es el resistir, en el que se encuentra sobre todo su firmeza, ya que por este acto el fuerte disipa el temor, que es la pasión principal, como queda dicho.

³⁰ 1-2 q.61, a.2.3; Sent. 3 d.33 q.2 a.1 q.3.4; De virtut. q.1 a.12 ad 26; q.5 a.1.

³¹ C.8 n.12 (BK 1117a4): S.Th., lect.17.

³² C.1: ML 76,212.

³³ L.5 super Lc. 6,20: ML 15,1738.

³⁴ L.1 c.15: ML 32,1323.

³⁵ C.4 n.3 (BK 1105a2): S.Th., lect.4

³⁶ Q.36: ML 40,25.

2. La virtud se ordena al bien de la razón, que conviene guardar contra los asaltos de los males. La fortaleza, por su parte, se ordena a los males corporales como contrarios, a los cuales se resiste, y al bien de la razón como fin que quiere conservar.

3. Aunque los peligros de muerte son poco frecuentes, no lo son sus ocasiones, ya que al hombre le salen al paso adversarios mortales por mantener la justicia y realizar otras obras buenas.

ARTICULO 12

Utrum fortitudo praecellat inter omnes virtutes

Si la fortaleza es la virtud más excelente

Dificultades. Parece que la fortaleza es la virtud más excelente.

1. Según San Ambrosio, "la fortaleza es como la más excelsa entre las demás".

2. "La virtud—dice Aristóteles—versa sobre lo difícil y lo bueno". Luego, ocupándose la fortaleza de las cosas más difíciles, síguese que es la virtud más excelente.

3. Es de mayor dignidad la persona humana que sus cosas. Y como la fortaleza se ocupa de la persona humana, a la cual exponen algunos a peligro de muerte por el bien de la virtud, mientras que la justicia y demás virtudes morales se ocupan de las cosas externas, síguese que la fortaleza es la principal entre las virtudes morales.

Por otra parte, dice Cicerón: "La virtud adquiere todo su esplendor en la justicia, que da su nombre al varón bueno".

Ad secundum dicendum quod virtus ordinatur ad bonum rationis, quod conservari oportet contra impulsus malorum. Fortitudo autem ordinatur ad mala corporalia sicut ad contraria, quibus resistit: ad bonum autem rationis sicut ad finem; quem intendit conservare.

Ad tertium dicendum quod quamvis pericula mortis raro imminant, tamen occasiones horum periculorum frequenter occurrunt: dum scilicet homini adversarii mortales suscitantur propter iustitiam quam sequitur et propter alia bona quae faciunt.

Ad duodecimum sic proceditur. Videtur quod fortitudo praecellat inter omnes virtutes.

1. Dicit enim Ambrosius, in "De offic." 4: "Est fortitudo velut ceteris excelsior".

2. Praeterea, "virtus est circa difficile et bonum". Sed fortitudo est circa difficillima. Ergo est maxima virtutum.

3. Praeterea, dignior est persona hominis quam res eius. Sed fortitudo est circa personam hominis, quam aliquis periculo mortis exponit propter bonum virtutis; iustitia autem et aliae virtutes morales sunt circa alias res exteriores. Ergo fortitudo est praecipua inter virtutes morales.

Sed contra est, quod Tullius dicit, in I "De offic." (c.7): "In iustitia virtutis splendor est maximus, ex qua viri boni nominantur".

2. Praeterea, Philosophus dicit, in I "Rhet." 46: "Ne esse est maximas esse virtutes quae maxime aliis utiles sunt". Sed liberalitas videtur magis utilis quam fortitudo. Ergo est maior virtus.

Respondeo dicendum quod, sicut Augustinus dicit, in VI "De Trin." 4, "in his quae non videntur magna sunt, idem est esse malus quod melius". Unde tanto aliqua virtus maior est quanto melior est. Bonum autem rationis est hominis bonum, secundum Dionysium, 4 cap. "De civ. nom." 48. Hoc autem bonum essentialiter quidem habet prudentia, quae est perfectio rationis. Iustitia autem est huius boni factiva: in quantum scilicet ad ipsam pertinet ordinem rationis ponere in omnibus rebus humanis. Aliae autem virtutes sunt conservativae huius boni: in quantum scilicet moderantur passiones, ne abducant hominem a bono rationis. Et in ordine harum fortitudo tenet locum praecipuum: quia timor periculorum mortis maxime est efficace ad hoc quod hominem faciat recedere a bono rationis. Postquam ordinatur temperantia: quia etiam delecciones tactus maxime inter cetera impediunt bonum rationis.—Id autem quod essentialiter dicitur, potius est eo quod dicitur effective: et hoc etiam potius est eo quod dicitur conservative, secundum rationem impedimenti. Unde inter virtutes cardinales prudentia est potior; secunda, iustitia; tertia, fortitudo; quarta, temperantia. Et post has ceterae virtutes.

Ad primum ergo dicendum quod Ambrosius fortitudinem aliis virtutibus praefert secundum quandam generalem utilitatem: prout scilicet et in rebus bellicis et in rebus civilibus seu domesticis utilis est. Unde ipse ibidem praemittit: "Nunc de fortitudine tractemus: quae, velut excelsior

2. Según el Filósofo, "las virtudes más útiles para los demás han de ser, necesariamente, más excelentes". Pero la liberalidad parece más útil que la fortaleza. Por lo tanto, será más excelente.

Respuesta. Como dice San Agustín, "en las cosas cuya magnitud no se mide cuantitativamente, el ser mayor equivale a ser mejor". Por consiguiente, tanto más excelente será una virtud cuanto mayor sea. Por otra parte, el bien de la razón es el bien del hombre. Este bien lo posee esencialmente la prudencia, que perfecciona a la razón. La justicia lo realiza, en cuanto que le toca establecer el orden en todos los negocios humanos. Las demás virtudes tienen por misión conservarlo, en cuanto que imponen la moderación a las pasiones para que no aparten al hombre del bien de la razón.

Entre éstas ocupa un lugar preponderante la fortaleza, ya que el temor al peligro de muerte es sumamente eficaz para apartar al hombre del bien de la razón. Viene después la templanza, pues que también los placeres del tacto impiden más que ningunos otros el bien de la razón.—Pero el poseer una cosa esencialmente es más que realizarla, y esto más que ser agente conservador de ella, quitando los obstáculos; por eso, entre las virtudes cardinales, la primera es la prudencia, seguida de la justicia; en tercer grado, la fortaleza, y en cuarto la templanza; después de ellas vienen las demás virtudes.

Soluciones. 1. San Ambrosio da la preeminencia a la fortaleza por cierta utilidad general, ya que es útil para la guerra, para el gobierno de la ciudad y para el de la familia. Por eso dice antes: "Tratemos ahora de la fortaleza, la cual, como más noble que las demás, se divide en

* 1-2 q.66 a.3.4; Sent. 4 d.33 q.3 a.3; De virtut. d.5 a.3.

46 C.35: ML 16,80.

46 C.9 n.6 (BR 1366b3).

47 C.8: ML 42,929.

48 § 32: MG 3,733.

fortaleza de asuntos bélicos y domésticos".

2. La virtud consiste en el bien más que en lo difícil, por lo cual debemos medir la dignidad de una virtud por lo que tiene de bueno más que por lo que tiene de difícil.

3. El hombre no expone su persona a los peligros de muerte a no ser por conservar la justicia. De ahí que la gloria de la fortaleza depende, en cierto modo, de la justicia. Por lo cual dice San Ambrosio que "la fortaleza sin la justicia es materia de iniquidad, ya que cuanto más poderosa, más pronta está a oprimir al inferior".

4. (Por otra parte.) Concedemos la argumentación.

5. (Por otra parte.) La liberalidad es útil para algunos beneficios particulares; pero la fortaleza posee una utilidad general para conservar todo el orden de la justicia. Por ello dice el Filósofo que "los justos y los fuertes son los más amados, porque son los más útiles en la guerra y en la paz".

ceteris, dividitur in res bellicas et domesticas".

Ad secundum dicendum quod ratio virtutis magis consistit in bono quam in difficili. Unde magis est mensuranda magnitudo virtutis secundum rationem boni quam secundum rationem difficili.

Ad tertium dicendum quod homo non exponit personam suam mortis periculis nisi propter iustitiam conservandam. Et ideo laus fortitudinis dependet quodammodo ex iustitia. Unde dicit Ambrosius, in I "De offic." (l.c. nt.45), quod "fortitudo sine iustitia iniquitatis est materia: quo enim validior est, eo promptior ut inferiorem opprimat".

Quartum ("Sed contra") concedimus.

Ad quintum (2. "Sed contra") dicendum quod liberalitas utilis est in quibusdam particularibus beneficiis. Sed fortitudo habet utilitatem generalem ad conservandum totam iustitiae ordinem. Et ideo Philosophus dicit, in I "Rhet." (l.c. nt.46), quod "iusti et fortes maxime amantur, quia sunt maxime utiles et in bello et in pace".